



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita Ioannis Berchmanni Flandro-Belgæ Religiosi Societatis Iesv

Cepari, Virgilio

Antverpiæ, 1630

Mentis in Ioanne puritas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46083](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46083)

hendum in lufum, ne studio orationibusque crebrioribus mentem fatigaret. Neque tamen sodales, quibus iucundissimus erat, si secum non luderet, offendebantur; quòd & virtutem eius nossent, & ob sanctitatis studium abstinere eum lusu existimarent.

Attigerat vndecimum ætatis annum, cum per occasionem Festi cuiusdam solemnis ver-
Opinio sodalium de Ioanne.
 tentis, deliberare cœpit Ioannes de adeundâ, Preparat se ad primam Communionem.
 quâ huc vsque abstinuerat, Synaxi sacrâ; habitaque diligenter in conscientiam quaestione, ad Superiorem adit, rogatum vt peccata excipiat sua. Religiosus ille Curio non leuiter sensit columbinæ illius simplicitatis se candore excitari, præcipuè quòd id nemo alius contubernalium fecisset: auditaque confessione, innocentissimum purissimumque eius Mentis in Ioanne puritas.
 animum reperit, vt testetur etiamnum viuus incolumisque, dum hæc scribo, dubitasse se tum, satisne suppeteret erratorum, quæ leuem saltem materiem absoluenti præberent; adèd hucusque se procul habuerat omni labe vitiorum. Quòd verò deinceps ad extremum Innocentiâ baptismalis seruata.
 vsque vitæ diem seruarit intactam, puramque omni mortali flagitio prætextam innocentia in Baptismo acceptæ, præterquam quòd confessionum eius arbitri (vti alibi dicitur) asseuerent, ipse quoque testatum schedio scripto reliquit, in quod breuiter, gratitudinis ergò,